



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

12. Protestatur, nullum Christum se nosse, præter Crucifixum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

*Pascitur meditatione Crucifixum
Crucifixi.*B. IULIA-
NA.

B. IULIANA Ordinis Seruitarum Ter-
tiaria, paternâ in domo crebris vi-
gilijs, ieiunijs, victus vestitusq; auste-
ritate quoddâ monasticâ vitæ genus si-
mulâs. quot hebdomadis diuino epulo
reficiebatur: feriâ quarta & sexta nihil
admodû cibi vel posionis admittebat,
vnâ duntaxat Passionis Dominicæ sa-
tur. Sabbato autē solo pane & aquâ con-
tenta, totum diem afflictæ DEIPARÆ
cruciatibus tribuebat. Ea demum vsque
ad eò dolorosa Passionis Dominicæ My-
steria assidua retractatione cordi suo
infixerat, vt ab obitu nudato pectori
ipsius impressam CRUCIFIXI effigiem
deprehenderint.

*Liber Confraternitatis septem Dolorum
B. V. Dolorosa.*

*Protestatur, nullum Christum se nosse
præter Crucifixum.*S. MAR-
TINVS.

S. MARTINVS magnus ille Turo-
nensiū Episcopus, cum infernalis
præstigiator CHRISTVM ementitus,
cetera regio habitu illi se obtulisset, ita
delusum dimisit, vt grauiter affirmaret
alium

HONORATVS. 221

alium nullum Christum se nosse, præter
CRVCIFIXVM. *Sulpiz. in Vita.*

X.

AMATOR CRVCIFIXI

*Loquitur amanter & confidenter omni
Crucifixo.*

S. DISMAS, bonus latro, cum Christo
Crucifixus, primus videtur fuisse,
qui amanter & cōfidenter loquutus est
cū CRVCIFIXO; *Domine memento mei,*
cū veneris in regnum tuū. Luc. xxiii. 42.

100.

I.

S. DIS-
MAS
Latro.

S. LAVRENTIVS IVSTINIANVS
ita ferè loquebatur cum CRVCIFIXO.
Optime Magister habeas mei memo-
riā, non solum vt intrem in regnum tuū,
sed vt compatiar Tibi, & particeps fiam
perpeffionum tuarum. Nam scio, quod,
qui hic partem habet Passionis, parti-
ceps erit Regni.

II.

S. LAV-
REN-
TIVS
Iustinia-
nus.

S. FRANCISCVS Assisias alloquens
CRVCIFIXVM, dicebat: Absorbeat o
bone IESV mentem meam ignita ac
melliflua vis amoris tui, vt Amore amo-
ris tui moriar, qui Amore amoris mei
dignatus es mori. O in CRUCE Te-
cum moriar!

III.

S. FRAN-
CISCVS.

S. FRANCISCO Xaverio hoc erat fa-
miliare ad CRVCIFIXVM alloquiū;
Domine IESV CHRISTE DEVS cordis

IV.

S. XA-
VERIVS.